

*Audivimus namque apud vos vestrosque diversa iudicia fieri et incerta iudicare. Incerta, carissimi, nullatenus iudicemus, quoadusque veniat dominus, qui latentia producit in lucem et inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium, quia, quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quae manifestis iudiciis<sup>p</sup> comprobantur, nisi quae manifesto iudicio convincuntur, nisi quae iudiciario ordine publicantur. Similiter ea vos iudicare ad apostolicam delatum est sedem, quae praeter nostram vobis definire non licet auctoritatem, id est episcoporum causas. Unde ita constitutum liquet a tempore apostolorum et deinceps. Placuit, ut accusatus vel iudicatus a conprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet et adeat apostolicę sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos eos retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit<sup>q</sup>, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus; quoniam, quanquam conprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen definiri inconsulto<sup>r</sup> Romano pontificę permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit a domino: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in caelis. Et quaecumque solveris<sup>s</sup> super terram, erunt soluta et in caelis. Et alibi in statutis legitur apostolicis: Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel primatem dioceseos aut poenes universalis apostolicae ecclesiae iudicetur sedem. Nihil aliud est, frater, talis praesumptio, nisi apostolorum suorumque<sup>t</sup> successorum terminos transgredi eorumque decreta violari. Culpantur enim, ut scriptum est, fratres, qui aliter circa episcopos iudicare praesumunt, quam apostolicę sedis papam fieri placuerit.*

<C. 16> EPISTOLA CUIUS SUPRA AFRIS DIRECTA.

*Victor Romanae urbis archiepiscopus universis episcopis per Africam constitutis in domino salutem. Semper enim in aeterno consilio dei mansit humani generis incommutabiliter praeordinata reparatio, sed ordo rerum per dominum nostrum Iesum Christum temporaliter gerendarum*

p) korr. aus iudiciis B.

q) korr. aus ait B.

r) korr. aus inconsultu B.

s) -veris Beginn fol. 8<sup>r</sup> B.

t) korr. aus suorum B.

340 producet Pitt. 349 eius retractari (retractare Pitt) PsIs; Pitt. 352 diffinire Pitt. 354 dictum sit domino PsIs; dictum est domino Pitt. 358-359 fratres Pitt. 362 papae Pitt (wie auch u. a. I83; P9629; VD38).

<C. 16> 363-387 Ps.-Victor, (JK † 78) c. 7, mit Aufnahme der Inschrift, ed. HINSCHIUS S. 129 Z. 33 - S. 130 Z. 20; ed. SCHÖN 032.htm. Darin 371 Isai. 24, 3-7. Abweichungen: 364 Romanae ecclesiae urbis PsIs.